



QUALITATE FUNDAMENTORUM,

quibus PONTIFICII vulgo persuade-
re nituntur Professionem fidei Tridentinæ,
una cum ejuratione Sectæ, quam vocant,
Lutheranæ; occasione scripti anonymi,
quod inscribitur:

Ursachen/warum N.N. Catholisch worden.

P.P.

RECTORE FRIDERICIANÆ MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
ELECTORATUS BRANDENBURGICI HEREDE
&c. &c. &c.

Ad diem XV. April. hora locoq; consuetis

PRÆSES

PAULUS ANTONIUS,

S.S. Theol. L. P.P. Ord. hodieque Decanus, nec non Conf.
Confist. Duc. Magdeb,

AUTORQUE RESPONDENS

CHRISTIANUS HEINR. SCHLITTE, Halberstad.

Designatus ad Pastorum Uhrlebiensem.

HALÆ MAGDEB. Literis CHR. HENCKELII, Acad. Typ.
M DC XCVIII.

PER-ILLUSTRI ET GENEROSISSIMO
DOMINO

DN. GEBHARDO JOH.

ab ALVENSLEBEN,

Serenissimi Elect. Brand. in Ducatu Mag-

deb. Redituum Provincialium Supremo Directori, Ejusdemq;

Ducatus Confiliario Provinciali longe Splendi-

disimo,

Erxlebiæ, Eichenb. Ragufii & Calbæ

Dynastæ.

Mecænati suo Gratosissimo,

Nec non

INCLYTO SENATUS HALBERSTAD. COLLEGIO

VIRIS,

PRÆNOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS, ET AMPLISSIMIS

DOMINIS CONSULIBUS,

CAMERARIIS, SECRETARIIS

& ORATORIBUS, reliquisque me-

morati Collegii Viris Prudentissimis.

Dominis Patronis ac Evergetis

colendis,

positiones has Theologicas

Humillima & obstricta manu offert

AUTOR.



I. N. J.

§. I.



Onstat scheda anony-

mi, sub finem superioris anni edita, variisque in locis sparsa, *præfamine* ad Lectorem & Catalogo XII. *fundamentorum*. Præfamen tam plenum est atrabile, ut id suis etiam displiciturum confidamus. In ipsa recensione XII. causarum, nihil quidem est, ad quod non sæpius satis superque responsum fuerit: fecit vero Maximi Principis nomen, (רחמי יהוה עליון) quo abutitur anonymus, fecit bonorum desiderium, ut susceperimus tandem respondendi negotium.

§. II. Parcimus tamen exprimere tantum nomen, cum nullo modo videatur verosimile, verba hæc esse Principis, quæ referre videri vult anonymus. Quis enim rerum gnarus (cætera ut taceamus) ipsi tribuat, quæ leguntur ad finem rationis octavæ?

§. III. Nec etiam id in nos recipimus, ut impofterum cum quibusvis contendere velimus Pontificiis. Præterea nobis incertum est, ad quod scribentium genus pertineat ipse Anonymus, utrum ex mera ratione status Pontificalis, an ex persuasione scripserit erroneæ, quam vocant, conscientiæ. Neque quis a nobis expectet alias majoris momenti circumstantias

historicas, quibus quidem premimur ab adversariis. Fundamenta simpliciter ponderabimus, nihil nisi ipsam rem spectantes, speque juvandi ex utraque parte conscientias. Regat nos & Lecturos Deus, qui solus arbiter est, sancto suo spiritu! ipse aperiat miseris oculos, ut in divinis divine versentur, ac ab amore & errore mundi liberentur per Christum Jesum! Amen!

§. IV. Ut igitur ordiamur a summa totius schedæ, recenset Anonymus fundamenta XII. **Zwölf Grundvesten der Catholischen Wahrheit** / quorum

- (1) Primum nititur quæstione *facti*. dicit enim multa affingi doctrinæ ipsorum à nostratibus.
- (2) Petitum est ab *Autoritate & Magisterio* R. E. circa interpretationem Scripturæ.
- (3) ab ordinaria & insigni successione Pastorum R. E.
- (4) à PRIMATU & Præeminentia Petri.
- (5) à successione tali in cathedra Petri usque ad præsentem R. P.
- (6) ab AUTORITATE & consensu conciliorum circa Primatum R. P.
- (7) à consensu Patrum *in hac ipsa materia*.
- (8) à *multitudine* Sanctorum in R. E.
- (9) ab Incomparabili NUMERO Civium R. E.
- (10) ab eorundem concordia *sub* R. capite.
- (11. 12) Loco fundamentorum sequitur Conclusio, qua concluditur ad submissionis necessitatem.

§. V. Ex qua fideliter data analysi, judicet Christianus Lector de Qualitate fundamentorum, siue illa conjunctim attendantur, siue singula seorsim expendantur, quid valeant in conscientias, in causa, quæ ad Deum pertinet; judicet denique de qualitate submissionis ipsius, quæ exigitur ex præmissis fundamentis.

Ne tamen præoccupare ullum velle videamur, judicium de

de natura ac indole ejusmodi persuasionum candido cuique permittimus ; accessuri statim ad breve singulorum fundamentorum examen. nisi quod prænotandum , idque necessario, Pontificios persuasum his ire talem fidem ac obedientiam, *extra quam nemo salvus esse possit.* Sic enim habet Professio fidei Tridentinæ, recensitis articulis atq; anathematis: *S. Cath. „ & Apost. R. E. omnium Ecclesiarum Matrem & Magistram agnosco, „ Rque Pontifici B. Petri Apostolorum Principis Successori ac „ J. C. Vicario veram obedientiam spondeo ac juro-simul- „ que contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia „ damnatas, rejectas & anathematizatas ego pariter damno, re- „ jicio & mathematizo.* Hanc veram Catholicam fidem, *extra, „ quam nemo salvus esse potest,* quam in præsentis &c. Atque „ hinc elucescit verus status quæstionis, nequaquam dissimulandus. Quæritur nempe, quid valeant XII. illa fundamenta sive argumenta, ad talem professionem acceptandam cum tam stricta participatione omnium anathematum?

§. VI. Primum fundamentum , non absque singulari causa, collocatur in acie, his verbis: *Welcher maßen der Catholischen Lehre von den Widersachern viel ungleiches durch untüchtiges und falsches fürgeben zugemeßen wird/und sie weit anders lehren als diese tichten.* Debebat Autor, quia non sibi hæc conscripsit, sed *aliis ad imitationem* commendavit, ut fateretur in fine præfaminis, designasse uno saltem vel altero exemplo, quæ ipsis affingantur in doctrina nostra publica, & deinceps etiam ostendisse meliora in suis. Nos ingenue profiteamur alienum plane animum ab omnibus falsis imputationibus, privatorum etiam, de quibus tamen ut respondeamus, nemo ulla æquitate postulaverit. Quod si autem tale quid probari possit, sitque occasio, quæ ullo pacto fecerit ad salutem animarum, pro re nata minime dissimulaverimus.

§. VII. At vero & illud novimus ex universa historia ecclesiastica, eos qui vere sub reatu erant coram Deo, testibus veritatis opponere semper consuevisse *exceptionem calumnie,*

ac aliquod præsidium malæ causæ expectare ab *opinionē inju-
ria*, ipsis quasi illatæ. hic est mos totius mundi omniumque
hominum. Quam crucem non possunt prorsus declinare te-
stes veritatis, ut ne habeantur subinde pro mendacibus, fal-
tem pro iis, qui modum hinc inde excedant. Id enim, quod
pii reprehendunt ex intimioribus principiis, examinatur ab
aliis plerumque, secundum nudam superficiem, civiles regu-
las, & externum habitum verborum quorundam, quæ arripi-
unt; non considerato animo, spiritu & norma arguentium;
quasi vero non sit merito præsumendum potius, quod in his
rebus, quæ veterem hominem, veteres mores, & commodum
carnis afficiunt, multa dissimulentur, & fucō illinantur, quoad
ejus fieri potest; docente quotidiana experientia. sic illi Act.
V. 28. invehebantur in Apostolos, qui voluerint ipsis impin-
gere invidiam occisi Nazareni, & dogmatibus suis implere ur-
bem Jerusalem. conf. Act. VII. 51-54. Quid? ipsi Principi verita-
tis tribuebant Judæi mendacium. *Quis*, inquires, *querit te
interficere?* Joh. VII. 19. 20-25. VIII, 37, 40, 46, 59. Idem Luc. XI,
45; pro obtrectatore habetur. Similia exempla sunt Act. XVII.
18, 22. 2. Cor. VI. 8. Mal. I. 6; 7. sq. Prov. XXX. 20, 18, coll. Zach. V,
6, 7, 8. sq. & Apoc. II, 2, 29. III, 1. 9. Jer. VIII. 8, & V, 13. Hof. V. 4.
Hof. VIII. 12. II. X. 2, 1. XII, 8. Luc. XX. 16. Matth. XXVI. 25.

§. VIII. Nisi igitur convertatur quis ad ipsum Deum, ac
in Deo ad ipsam rem & meram veritatem, colorem hujus præ-
judicii superare in solidum non valebit, sed in perpetuum,
multis modis ac speciebus circumagetur. *Hæc est origo litis
incomponibilis, & assiduæ inter veraces & fallaces, quod utrique sua
studia asserunt solida esse, ita ut nisi solus Dominus hic judicet, nullus
hominum judicare possit.* Ita Lutherus ad illud Joh. X. 6. & ad alia
Scripturæ loca. laboris autem *in Deo Domino* fructus is omni-
no est, ut *inveniri possit* discrimen falsi a vero Apoc. II. 2.
I. Cor. II, 15. I. Joh. II, 20. sq. Joh. X. 5. 14. legi hanc in rem meretur
Præfatio Lutheri germanica in Prophetas, de Imputatione
superstitionis & idololatriæ.

§. IX.

T. 2. Jen. L.
f. 127. b. 129.
b. 135. a. 194.
a.

§. IX. Eo rerum statu dolendum sane, totum fere orbem Christianum succumbere his partium studiis, ut ultro citroque declinentur imputationes, raro autem præstetur veritas innocentiae, in propria sua vi atque Christiana indole. Pars partem onerat summe odiosis præsumtionibus, abreptis interdum simplicibus ad immania odia, contra omnes Christi regulas. accidit impingere interdum alios in quæstionibus facti, ex defectu certioris historiae, absque calumniandi animo. quid igitur? Nostra pax est, omnibus ubique mortalibus bene velle, salva veritate; cavere omni studio a specie falsarum imputationum; reliquas turbas patienter Deo commendare; hanc etiam objectionem, si aliter evitari non possit, in humeros suscipere bona cum conscientia; paratissimosque esse ad agnitionem, si meliora doceantur; Deumque simul implorare, ut ipse tandem detegat tenebrarum autores. Necessarium quippe est ecclesiae, donum discretionis spirituum, ne omnes promiscue gravemus, aut incusemus. 2 Cor. II. 5. 6. Apoc. II. 2. 9. 13. 20, 24. III. 4. 9. Rom. XI. XIV. XV. tot. Ezech. XIII. 22. 23.

§. X. Speramus utique, cordatiores sub Papatu ipsos de consequentia primi hujus fundamenti simile laturos iudicium; omnes enim ad unum facile intelligunt, coetum aliquem, nisi cætera sint paria, nequaquam ex eo, quod ipsi forsitan in multis fit injuria, habendum prorsus purum, nedum ut illi quis tuto sese addicere in totum queat; qualem adstrictionem injungit hodierna R. E. Norunt multa vulgo hominibus, ne Christianum quidem nomen habentibus, perperam tribui; unde tamen ad causam illorum bonam non concludent. Veritas sane, eaque unice salvifica, longe major res est, quam ut inniti velit argumento tam lubrico, tam remoto, plerumque etiam particulari. Demagogi tamen gaudent ita argumentari, quia sciunt paucos subire laborem * & scrutinium propter * *Apoc. II. 2.* veritatem, & quæ sunt in hac rerum confusione rationes alia.

§. XI. Cæterum credimus licere nobis, hac occasione, revocare Pontificiis in mentem, qualia majoribus nostris, non pri-

privatim, sed publice, imputaverint; tametsi fatis illi sese declaraverant, publice ac privatim. Petamus exempla ex ipso Concilio Tridentino, in quod jurare tenentur, qui ad ipsos transeunt.

Sess. VI. c. 9. 13. in odium nostratum sistitur *inanis* illa fiducia, qua *jactemus absolutam* certitudinem remissionis peccatorum in sola fide.

Sess. XIV. c. 6. Sess. XXIII. c. 4, (collatis utrobique proöemiis) tribuitur illis, quod omnes Christianos *promiscue* N. T. Sacerdotes esse: aut quod verba illa Domini Matth. XVIII. 18. & Joh. XX. 23. ad omnes Christianos *indifferenter & promiscue* dicta fuisse docuerint.

ne de *specie pietatis*, ne de *novatoribus* ut Sess. XIV. c. 8. ab initio & in fine loquuntur Tridentini, idque in referenda thesi de *nova vita*; ne, quod de Baptismo can. VI; ne de multis aliis dicamus, quibus doctrinam nostram publicam, fatis superque declaratam, obruere imputationibus ausi sunt. neque tamen agnoscat anonymus consequentiam, si quis e suis ideo volet ad nos transire, quia nobis in C. T. fit injuria.

§. XII. Possemus quoque ex eodem ipsorum symbolo exemplis probare, quæ jam tum diffessi fuerint, ut adeo nihil novi sit, si tot ingenia colores invenerint suis assertionibus. attamen in oculos incurrit, quid sub Papatu *prevaleat*, ex quo judicandum, nec nunc demum *rem* aliter compertam fuisse, dici solide potest. Utinam res sese haberet aliter in fundamento! Si cui autem adhuc videatur speciosa esse hæc exceptio, saltim ex eo, quod sint jam sub Papatu, qui aliter in multis sentiant: iste meminerit, nos meliora quæque de multis dudum expectasse; nec ægre feremus, si multæ myriades vere bonorum sub Papatu recitari queant. Verum enimvero qui sese addicit hodiernæ R. E. jubetur fidem dare ex Cleri præscripto, quod §. V. attulimus. Neque est ut boni illi sub Papatu, qui rectius sese sentire sibi conscii sunt coram Deo, putent, nos adversus ipsos agere; tametsi iidem minus indignabuntur, si boni sunt, cum de periculo in universum admonemus: sed ipsi

ipsi nobiscum attendant, an & quatenus veræ sint imputatio-
 nes, quibus praxin & principia dominatûs ecclesiastici aggre-
 diamur. Tunc enim intelligent, nos multo minus respectu
 ipsorum, crimen falsi committere. pie Augustinus: *illi in vos se-
 viant, qui nesciunt, cum quo labore verum inveniatur, & quam dif-
 ficile errores caveantur. illi in vos se viant, qui nesciunt, quam ra-
 rum & arduum sit, carnalia phantasmata piæ mentis serenitate supe-
 rare. illi in vos se viant, qui nesciunt, cum quanta difficultate sanetur
 oculus hominis interioris - illi in vos se viant, qui nesciunt, quibus
 suspiriis & gemitibus fiat, ut ex quantulacunque parte possit intelligi
 Deus. postremo illi in vos se viant, qui nullo tali errore decepti sunt,
 quanta vos deceptos vident, illi, inquit, se viant. ut per oppositio-
 nem ostendat, se potius miseratione in ipsos ferri. Hæc nunc
 de fundamento primo.*

§. XIII. Fundamentum alterum ab AUTORITATE
 Hermenevtica (secundum §. 4) petitum esse, probant verba
 sequentia: kein steiffers und kräftigers Mittel die Wahrheit zu
 erkennen sey / als die Autorität und ansehnliche Meister-
 schafft der Catholischen Kirchen / welche zu allen Zeiten / al-
 ter und welten eine gleichstimmige und beständige Auslegung
 der Schrift / und Erklärung in Glaubens Sachen geführet
 hat. Fulcri loco additur hæc ratio quasi compellens: Weil alle
 Secten anihz in so großer Anzahl / eine so wol als die andere /
 sich der Heiligen Schrift als der einigen Regul und Richt-
 schnur ihres Glaubens / berühmen / und doch mehr nicht / als
 ein einiger Glaube wahr seyn kann. Succenturiantur alia prin-
 cipia vulgo recepta, saltem in praxi prævalentia; quasi v. c.
 fides salvifica præcipue consistat in potentia *intellectiva*, quæ,
 cum penes omnes non sit tuta, compellat ad Autoritatem, ut
 aperte prodidit Carolus Desiderius Royer in der Catholischen
 Glaubensburg p. 80. sq. Item: quasi usus & vis Scripturæ sacræ
 præcipue consistat in apprehensione *intellectuali*; quasi etiam
 Scripturæ S. claritas non sit ita constituta, ut, qui vult, ex ea,
 invocato Sp. S. auxilio, percipere possit ea, quæ ad salutem

B

&

& pacem cum Deo sunt necessaria; vel quasi Scripturæ & veritati ipsi præjudicet difficultas eluctandi, vel opinionum multitudo.

§. XIV. De quibus hypothesibus, & quam misere per eas animi abducantur a genuina indole religionis, & a scopo Scripturæ (unde mirum non est oriri tot difficultates, ex quibus isti magisterium & auctoritatem sibi conciliant) plurima monenda forent. nobis vero videtur hic consultius, ut ipse Lector statuere apud se possit de tali methodo ac stylo hierarchico. Quid spiret nec ne? audire ante omnia praxin ipsius Concilii Tridentini authenticam.

§. XV. Quid, quæsumus, ad gratiam Dei & salutem animarum, vel etiam ad Scripturam illustrandam contra sectas, facit, quod hanc in se **AUTORITATEM** ipsa agnoscit hodierna R. E. ut declaret, verba institutionis non esse contra factam ab ipsis mutationem, etsi Christus Dominus Sacramentum cœnæ panis & vino instituit? Sess. XXI. c. 1. 2.

cui bono contra nos declarat synodus, quasi re bene gesta, hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, ecclesiam catholicam nunquam *intellexisse* peccatum appellari, quod vere & proprie in renatis peccatum sit?

sic *τὸ gratis justificari* vult ita intelligi, ut nihil eorum, quæ justificationem præcedunt, fides sive opera, ipsam justificationis gratiam promereatur; salva tamen assertionem, quam reservat & sub anathemate proponit: quod hominis justificati opera bona vere mereantur vitam æternam. quam assertionem excipit clausula generalis, quod, nisi quisque fideliter firmiterque receperit declarationes istas de justificatione, justificari non poterit.

cur tanto Zelo textum Joh. XX, 23. in antithesi *intelligi* vult de *potestate* tali, qualem urget Sess. XIV? An cura animarum cœgit ipsos, ut doctrinam de casibus reservatis, ad *auctoritatem divinam* tam rigide referrent? Quorsum *magisterium*, quod sistit R. E. velut magistra in applicatione dictorum Scripturæ ad de-

edit. Hall.
p. 140. sq.

p. 31. 33. 22.
sq. 137.

p. 49. sq.

p. 61. sq. 76.
sq.

p. 3. 4. 62.
185. sq.

delectum * ciborum, & festa, tanquam ad rem maximam, quæ * p. 179. 152.
 longe gravior est in ipsis illis dictis? Quodque post C. T. Pius 183. sq. Co-
 IV. R. P. in bulla confirmationis edixit: si cui visum fuerit ege- loss. II. tot.
 re in eo quid *interpretatione* aliqua, ut ascendat ad locum, ,, p. 121. sq.
 quem Dominus elegit, ad sedem videlicet Romanam, o-,, 131. 134.
 mnium fidelium *magistrum*, cujus *autoritatem* etiam ipsa S. Sy-,,
 nodus tam reverenter agnoverit. ”

§. XVI. Quæ specimina *magisterii*, qui consideraverit
 pro dignitate rei, qua de nunc agitur, is certe constituere se-
 cum poterit de qualitate hujus fundamenti. Videbit enim hac
 ratione (sive studiose sive calamitose) committi saltum a diffi-
 cultatibus circa usum sacræ scripturæ accidentibus, ad ejusmo-
 di *autoritatem* Ecclesiasticam, eumque saltum nimis grandem,
 nimis violentum, & conscientis periculosum. Prægestum et-
 iam iudicii ipse capiet de *reliquis* anonymi fundamentis, quæ
 omnia tendunt ad *autoritatem*, qua acquiescendum sit. quæ
 methodus persuadendi, an secum ferat salutem animarum,
 meramque mentium cum Deo unionem, cordatiores ipsi sub
 Papatu dijudicent.

§. XVII. Species fundamenti, *de tot Sectis equaliter ad S.*
Scripturam provocantibus, locum forte habet apud eos, qui ni-
 mis impatientes sunt oneris alicujus in Ecclesia suscipiendi,
 nec rem tanti habent, ut multum eapropter incommodi ferre
 velint, adeoque ex eo animi habitu putant, incommoda hæc
 (quæ sæpiuscule nimium exaggerant, & alia ratione ac via miti-
 gare poterant) brevi manu per autoritatem avertenda esse. vel
 apud eos valebit ista species, qui minus recte imbuti sunt *de*
habitu Religionis Christianæ ad vitam civilem; confundentes cu-
 ram animæ cum regimine politico. vel penes ignavos, eosque
 etiam, qui participare volunt cum istis humana commoda.
 hinc magnus applausus: hinc audacter propinantur tales hy-
 potheses, quia noverunt Statistæ, multo plures esse, qui hu-
 mana divinis curis præferre, quam postponere audent.

ipse vero Petrus (cujus *prærogativam* atque *primatum*, qua-

Nic. a Jesu tenus ad Romanam sedem devenit, tanquam *fundamentum*,
Maria in e- exhibet anonymus aliquot post paragraphis) bene noverat,
lucid. 70- quo modo multi abuterentur S. Scriptura. sed non ideo tale,
bannis a tribunal erexit: remedia tamen ea ostendit, quæ (salva exce-
Cruce. p. 23- ptione laboris hac in vita obeundi, salvo scandalo crucis) o-
41. 62, sq. mnino sufficerent, si nihil aliud ab istis quæreretur, quam cor
 & victoria unius fidei in Salvatore mundi. 2. Petr. II, 1. sq. III,
 16. 17. 18. l. 3. - 19. sq. neque nunc demum difficultates hæ in
 mundo obortæ sunt, velut novæ: in omnibus tamen apostoli-
 cis scriptis ne vestigium quidem extremi hujus consilii, quod
 cum securitate commixtam desperationem habet, reperire est.
 condolemus quidem aliquos sic obrui hoc fascino, ut vix du-
 bitent, aliter fieri posse: sed deteriore revera loco illi sunt, qui
 ex calamitate generis humani confirmant sibi magisterium, ut
 deterritis miseris, omnia sacra in cleri manus plane dedantur.
 Ea sane prædominantium libido (quam modo qui intactam
 relinquunt, sub hac autoritate in lata mundi via tolerantur in-
 dulgentissime; etsi ista autoritas prætextu fulciri soleat *coercen-*
** C. T. p.* *di petulantia * ingenia*) plane aliena est a spiritu & ministerio a-
22. sq. postolico. Ministrorum enim ecclesiæ officium est, succurre-
 re luctantibus, ut usus Scripturæ dirigatur ad rectum finem,
 sicque reddatur salutaris ac facilis, non ut intricetur, aut e du-
 biis vexatis captetur imperium in intellectum alterius, & ve-
 xet censura plerumque columbas. agnoscimus nos cum reve-
 rentia ministerium in explicandis & applicandis sacris literis,
 & quicquid vere boni subesse posse quis censeat, cæteris pari-
 bus admittimus. Usus porro Scripturæ quando volumus libe-
 rum, de vero simul nostros admonemus usu & fine legendæ
Job. VII, scripturæ, nec non, qualis lector esse debeat, nostros præmo-
49. 15. Luc. nemus, ne quid fiat *promiscue*, & illotis manibus. Reliqua
XI, 52. Deo commendanda, & ad messem reservanda censemus, nec
 propter incommodum aliquod usus scripturæ cöarctandus: sic
 manserit *una vera* fides, nisi quis ipse velit distrahi amore s.
 religione mundi. sic multæ querelæ de sectis cessaverint: se-

cta

Etiam enim plurimarum causa est illa ipsa sava ambitio imperii in intellectum alterius, quocunque nomine tegatur. *supra §.xii. in fine.*
 quare in studio veritatis nos æque non laborum pudet aut tædet, quam non pudet laborum in pœnitentia. cur nos peccatores calcare nolimus viam illam angustam? an angustia, quæ oriri possunt, præjudicium gignant? suspecti potius sunt, qui declinare docent has molestias, ut ipsi rem suam sibi habeant. per Deum rogamus, ut quilibet in se descendat. Matth. VII, 15. 14. 13. quod enim omnes tangit, ab omnibus curari debet; quamlibet grave sit. est *una fides*, ut ait anonymus, est una veritas. quid mirum, quod ubique inter multiplex mendacium, multa lucta requiritur pro tuenda una veritate? certe non pudet nos illius, quod de nostra theologia dixit ad Philippum, quidam (forte Glapion) in conventu Augustano: *vos habetis theologiam, quam nemo intelligit, nisi multum oret.* sed & meminimus illud Erasmi A. MD XIX ad Fridericum sapientem: *nos, quorum proprium munus est DOCERE, COGERE MALVMUS, QVIA FACILIVS.* reliqua pars mundi eo jam propendet, ut studium religionis ac scripturæ velit sine lite, velit sine angustis, velit sine molestiis. ideo præsentis sive dominantes, quas vocant, religiones, ut sunt receptæ, boni consulendas jubet. illi enim possunt turbas movere, quando libet, & postea ex his turbis, quas ipsi excitarunt, aliis persuadere, quod ergo autoritate opus sit, atque vinculis. at hæc sufficiant de fundamento secundo. *Jer. XXIII, 34. Luth. T. 3. Jen. Germ. f. 337. sq.*

§. XVIII. In ponderando fundamento TERTIO, quod §. IV. desumptum diximus *ab ordinaria & insigni successione pastorum R. E.* licebit nobis esse paulo brevioribus; etsi anonymus non modo *personalem*, sed præcipue doctrinalem ab apostolis successionem, commendare videtur in pastoribus R. E. Welche in unzertrennlicher Ordnung/ und Folge rechtmäßiger Hirten/je und allewege die einige/ steiffe und unveränderte Lehre/von denen Aposteln bis auf diese Stunde / hergebracht und erhalten. Præmisso de Apostolis elogio, quod cum præcedente

te stylo magnifico convenit: Sie mit vollmächtiger Gewalt und höchster autorität stäffiret und versehen.

Sess. 21. c. 1.

p. 140.

c. 2. p. 142.

20. sq.

§. XIX. Videamus statim de probatione, per exempla. quia infra §. 22. nonnihil hujus redibit. fatetur C. T. Christum Dominum in ultima Cœna venerabile Sacramentum, in panis & vini speciebus, instituisse, & apostolis tradidisse. Fatetur tamen, progressu temporis *latisime* jam *mutatam* illam consuetudinem; quam nunc pro lege habendam decreverit. rogamus, ubi hîc successionis favor apostolicæ?

quæ ibidem inculcat de *autoritate mutandi*, ac de *potestate* Ecclesiæ, valde violenta pharmaca sunt.

p. 34. 73.

can. 28.

p. 78.

Dicit, doctrinam suam de justificatione esse eam, quam *Apostoli* tradiderint, & Ecclesia catholica perpetuo retinuerit: sed non videmus, quo pacto possit applicari successio doctrinæ apostolicæ, v. c. ad can. 28. & cap. 15.

p. 149. sq. 265

p. 106. sq. 153.

158. 74. sq.

16.

dicit, sese in canonibus suis de sacramentis inhæsisse apostolicis traditionibus. detur, quæsumus, digna apostolis probatio, vel ad primum anathema. Sic censendum de gloria apostolicæ disciplinæ in ceremoniis missæ, inque multis aliis.

Eadem catachresi aliquando loquitur C. T. (præter alias ambages, quæ parum faciunt ad rem ipsam) de Apostolis & eorum *legitimis* successoribus, si per *legitimos* successores præcipue intelligit eos, qui succedunt juxta leges suas canonicas, & externa jura. maxima abusione anonymus appendit illud

p. 179. cum

notis marg.

Rom. XIV.

6, 17 sq.

1. Cor. VIII.

8.

Christi: qui *vos* audit, audit me. Quale quid in decreto C. T. de cibis ac festis habetur; quod tamen minus quadrat ad verba Christi & Apostolorum gravissima. de rebus enim majoribus loquuntur. Similiter existimandum de dicto Joh. XX, 21. quo multi sese exornare solent, quodque pro more præmisit anonymus. aliter certe procedendum, si Christo vere lucrificari debent animæ his allegationibus. plura de successione paulo post §. 21. 22.

§. XX. Ejusdem notæ est fundamentum *quartum* a PRIMATU Petri, de quo splendidissime exaggerato, anonymus

pu-

putat scripturam esse *clarissimam* ganz klahr. quam sententiam conferat lector cum iis, quæ de Scriptura ex anonymo longe alia exhibuim⁹. §. XIII. sic, quod ex C. T. de *potestate* ecclesiæ circa S. cœnam. §. XV. XIX. attulimus, videtur Synodo Apostolum *non obscure* innuisse, cum ait: sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & *dispensatores* mysteriorum Dei. jungatur ex eodem, *non haud obscure*, de solis sacerdotibus rite ordinatis, tanquam propriis ministris sacramenti extremæ unctio- nis. Item, quod missam suam *non obscure* innuat Paulus, Corinthiis scribens de mensa Domini, per mensam altare intel- ligens, sed aliis in rebus minus gratis disputant Romanenses aliter de scriptura, velut *obscura*. Quænam vero nunc est de tali præ eminentia Petri (qui haud dubie, eodem fine, aliquoties audit Apostolorum Princeps in C. T. *clarissima* illa Scriptura? affert anonymus textum Matth. XVI. 18. quod tamen nulla litera extat de tali primatu. Et quia conjunxit anonymus textum Joh. XXI. 15. 16. 17; paulo ante etiam allegaverat Joh. XX. 21: commendamus ipsi pariter locum Joh. XX, 22. 23; spiritualiter conferendum cum Matth. XVI. 19. 23. & XVIII, 18. quin & cum unico illo * fundamento I. Cor. III. 11. 22. seu cum Petra I. Cor. X. 4. (ipsum etiam lectorem benevolum rogamus, ut hic alibi- que allegata a nobis dicta scripturæ evolvere dignetur, sicuti bi opus videatur) nam uti nos nihil habemus adversus Paulum vel Petrum vel certas personales prærogativas, Pontificique vicissim proprie Petri causam non agunt: ita novimus, quo Paulus rem omnem retulerit in Epistola, quam Româ ad Galatas scripsit, cum eo tempore quidam *hominibus devoti*, more hæreticorum (ut Ambrosius scribit præf. ad Cor.) hoc prætextu sectas facerent. I. Cor. I, 10. 12. sq. III. 22, 23. II. 4. sq. Luc. XXII, 25. unde simul evanescunt sic colorata anonymi verba: *zu Erhaltung der Einigkeit*. Nam inde potius sectæ & schismata gliscebant & in Galatis & in Corinthiis. Purior sane scop⁹ & mens est antiquitatis, quam hic contra sectas, quas vocat, gloriatur adversarius. Cyprianus Ep. LXXI. quia nihil potest esse com-
mu-

P. 141. sq.
Sess. 14. c. 3.
p. 129. sq.
Sess. 22. c. 1.
p. 148.
p. 187. 106.
183.
* Aug. Tr.
124. in Job.
C. T. sess. 3.
p. 15.

„mune mendacio & veritati-antichristo & Christo: per omnia
 „debemus Ecclesiæ catholicæ *unitatem* tenere. - Non est autem
 „de consuetudine præscribendum, sed ratione vincendum.
 „Nam nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & super
 „quem ædificavit Ecclesiam suam-vindicavit sibi aliquid inso-
 „lenter-ut diceret, se PRIMATUM tenere, & obtemperari à
 „novellis & posteris sibi potius oportere. - non enim vinci-
 „mur, quando nobis offeruntur meliora, sed instruimur, ma-
 „xime in his, quæ ad ecclesiæ *unitatem* pertinent, & spei & fidei
 „nostræ veritatem. conf. ep. LXXIII & I. *de Unitate Eccla-*
 „*sia*, cum notis ipsius Rigaltii, vel etiam cum notis aliquot Pa-
 4. Colon. risiensium in censuram Hungaricam Cleri Gallicani, quibus
 1683. probatur, unitatem infringi potius quam stabiliri illis prælatio-
 de incarn. c. nibus atq; divisionibus. Ambrosius exponit *primatum confes-*
 4. *sionis, non honoris*. Augustinus ait: *in Petri persona significatos*
 Tr. 50. in *esse in ecclesia bonos*. Plurimi ex II. Cor. V. 20. remouent præsum-
 Job. tionem singularis *vicariatus* quem scheda jactat: rectius ergo
 cc. ll. consuluisset animabus, si introduxisset eas, loco primatus Pe-
 tri, in epistolas Petrinas, ex quibus Deo-digne evolutis, alia
 1. Petr. II. byter, agit de *conversione* ad verum illum pastorem & episco-
 25. V. tot. pum animarum, & absque ejusmodi circumductionibus serio
 Luc. XXII, tractat principale negotium.
 32. 31. 24. §. XXI. *Fundamentum quintum* nihil aliud est quam
 ἀπόδοσις quarti, *successio in cathedra Petri usque ad presentem*
 R.P. welcher *successio die heiligen Patres vorzeiten* (da sie
 doch noch nicht so mächtig als Jesus) anders nicht als eines mit
 Macht durchdringenden Pfeils wider alle Secten und Rehe-
 reyen sich gebrauchet haben. O tempora! si vel maxime pro-
 bari posset *successio in cathedra*, quam præ cæteris causis mo-
 ventibus extollit anonymus, tale tamen fundamentum pror-
 sus in hac quæstione abit a methodo ac spiritu omnium Pro-
 phetarum & Apostolorum. ita certe Romanenses non argu-
 mentarentur, nec tot forent schismata, si vere successissent Pe-
 tro,

Job. VIII,
 39.

tro, ac animum Petri haberent, qui ex Petrinis epistolis, a serio
 volentibus, satis superque intelligi potest; quod innuisse piis
 sufficiat. tædet enim tandem immorari multum ejusmodi
 persuasionibus: ex abundantia Patres audiamus. Cyprianus
 Ep. LXXV. de Stephano R. P. repetitis Christi verbis ad Pe-
 trum: quod, *qui sic de episcopatus sui loco gloriatur, & se suc-
 cessionem Petri tenere contendit, super quem fundamenta ecclesie
 collocata sunt, multas alias petras inducat. & ibidem: Stephanus,
 qui per successionem cathedram Petri habere se prædicat.* Hierony-
 mus Ep. i. Heliodoro, quam grave sit obire ministerium eccle-
 siasticum scripturus: *non est facile stare loco Pauli, tenere gradum
 Petri.* Gildas, cognomine sapiens, Britannia sec. V. Presby- *initio Tom.*
 ter: Britannia, inquit, habet sacerdotes, *sedem Petri Apostoli* *5. bibl. P.P.*
 immundis pedibus usurpantes- in Judæa traditoris pestilentem
 cathedram desidentes. Unde tandem in ipso Sec. XIV. Marfi-
 lius Patavinus: *quis Episcoporum aut sacerdotum magis meretur in defenso-
 apostolorum dici successor? is certe, qui eos amplius moribus & operi- re Pacis P.*
bus imitatur. Gregorius M. Papa præcursorem antichristi [non *2. c. 16.*
 successorem ullius apostoli] vocat eum, qui universalis episco-
 pi titulum sumserit; variis in locis, ad quos nondum digne
 respondit Maimburgius in historia Pontificatus Gregorii M.

§. XXII. Unum tamen præterea adhuc observamus, ar-
 gumentum tertium supra §. 18. 19. 20. recensitum vulgo funda-
 ri in successione R. R. P. P. unde possemus ex historia & ex tritis
 hypothesebus Pontificiorum, intricatissima multa repetere,
 quæ multi inter ipsos bene quidem norunt, sed, quoad ejus
 fieri potest, dissimulant, aut per vim ingenii pro viribus emol-
 lire student. [legatur de anti-papis seculi XIV, quod schisma
 ad L. annos duravit, B. Kortholt in Anti-From. p. 70. sq.] Quis
 enim reliquorum hominum, vel vult vel potest tam vastum
 iter ingredi? neque æquum est animabus, quibus tot difficul-
 tates moventur de lectione Scripturæ, eas tamen ambages ob-
 jicere, ut has successiones & quasi genealogias excutiant.
 Quicquid sane favoris habet hic titulus de successione, in nu-
 cleo

accom. 1. cleo exhibet Tertullianus, scriptor ipsis pro commodo acce-
Tim. I, 4. „ptissimus, *de prescript:* consecuti Apostoli promissam vim Sp.
Tit. III, 9. „S. - dehinc in orbem profecti, *eandem doctrinam ejusdem fidei*
2. Theff. „nationibus promulgaverunt, & proinde ecclesias apud unam
II, 2. „quamque civitatem condiderunt, a quibus *traducem fidei, &*
„semina doctrinae, caetera exinde ecclesiae mutuatae sunt, & quo-
„tidie mutuantur, ut ecclesiae fiant, *ac per hoc & ipsa Apostolica*
„deputantur, ut soboles ecclesiarum apostolicarum. Itaque tot ac
„tantae ecclesiae, una est illa ab apostolis prima, ex qua omnes.
„sic omnes prima & apostolicae, dum una omnes probant uni-
„tatem, dum est illis communicatio pacis, & appellatio frater-
„nitatis, & contesseratio hospitalitatis. quae jura non alia ra-
„tio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio. c. XX. con-
„stat promde, omnem doctrinam, quae cum illis ecclesiis apo-
„stolicis matricibus & originalibus fidei conspiret, veritati de-
„putandam; sine dubio tenentem, quod ecclesiae ab Apo-
„stolis, Apostoli a *Christo,* CHRISTUS a Deo accepit: omnem ve-
„ro doctrinam de mendacio praedjudicandam, quae sapiat con-
„tra veritatem ecclesiarum, & Apostolorum & *Christi & Dei.*
„c. XXI. Caeterum, si quae audent interferere se aetati apostoli-
„cae, ut *ideo* videantur ab Apostolis traditae, *quia sub Apostolis*
„fuerunt, possumus dicere: edant ergo origines ecclesiarum
„suarum, evolvant ordinem Episcoporum suorum, ita *per suc-*
„cessionem ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus ali-
„quem ex apostolis vel apostolicis viris, *qui tamen cum apostolis*
„perseveraverit, habuerit autorem & antecessorem. *Hoc enim*
„modo ecclesiae apostolicae census suos deferunt - sed etsi confin-
„xerint, nihil promovebunt. ipsa enim *doctrina* eorum cum
1. Cor. II, 13. „apostolica *comparata,* ex diversitate & contrarietate sua pro-
„nunciabit, neque apostoli alicujus auctoris esse, neque apo-
„stolici. - *Ad hanc itaque formam* probabuntur ab illis ecclesiis,
„quae, licet nullum ex Apostolis vel apostolicis auctorem suum pro-
„ferant, ut multo posteriores, quae denique quotidie instituuntur: *ta-*
„men in eadem fide conspirantes non minus apostolicae deputantur pro

CON-

CONSANGUINITATE DOCTRINÆ c. XXXII. videamus,, *Irenæus lib.*
 quod lac a Paulo Corinthii hauserint, ad quam regulam Gala-,, *4. c. 43. l. 3.*
 tæ sint recollecti, quid legant Philippenfes, Theffalonicen-,, *c. 2.*
 fes, Ephesii; quid etiam Romani de proximo sonent, quibus,, *Gal. VI, 16.*
 evangelium & Petrus & Paulus sanguine quoque suo signa-,,
 tum reliquerunt. habemus & Johannis alumnas ecclesias-*fic,*
 & cæterarum generofitas recognofcitur. *lib. 4. adverfus Marc.,*
c. 5. hæc fundamenta faciunt ad tranquillitatem confcientiæ,,
 & ad pacem ecclefiafticam, quæ adeo turbatur per illorum ad-
 ftrictiones mundanas. multorum fcrupuli funt affectati, aut
 ex inordinatione orti. qui enim primo omnium de Dei Domi-
 ni gratia funt folliciti, ficque certi: in fecundaria quæftione
 illa de perfonis, de hominibus, an & unde inter nos, quos vo-
 cant Lutheranos, poffit effe legitimum minifterium, facile fe-
 fe expediverint, cæteris paribus. *converfio* fit ad Deum, non
 ad clericos. quæftio de miniftris non eft fumma rerum. *I. Cor.*
III, 5.

§. XXIII. De fundamento fexto & feptimo conjunctim
 agamus. pergit enim anonymus argumentari *ab autoritate &*
confenfu, tum conciliorum, tum Patrum circa hanc ipfam mate-
 riam, nempe circa articulum de tali Primatu R. P. ita rei & do-
 ctrinæ ipfius falvificæ vix nomen hic legitur, nec aliter, nifi in
 fubordinatione ad præluftre magifterium fedis & R. E. urge-
 tur, quod fane merito fufpectum, in hac methodo per omnia
 & *præ omnibus articulus fidei de autoritate hierarchie ecclefiafticæ.*
 nec nifi in his anchoris navem retineri, animosque totos fic
 diverti videas ab intimiore & propiore ipfius veritatis indagi-
 ne. fciunt Pontificii, tomos conciliorum & P. P. a converten-
 dis vel converfis, quos vocant, excuti non poffe, ad quos ta-
 men remittunt miferos; difficilem e contrario reddentes ufum
 fcripturæ, quã tamen Spiritus S. fic accommodavit & contraxit,
 ut ad illius judicium remitti poffint homines; idq; citra omnem
 vanam illufionem. Specimina ufus Conciliorum PPq; ftri-
 ctim adnotata funt in C. T. ed. Hall. p. 24. 25. 142. 183. quibus a-

lia mysterii hujus signa addi possent, si opus foret. v. c. quod in C. T. *magnum* concilium Lateranense vocant p. 133; quod conciliorum, *praesertim* vero *secunda* Nicenae Synodi decretis utuntur pro honore imaginum p. 175. (98) quod in juramento religionis *praecipue* a S. S. Trid. Synodo tradita requiruntur ad fidem, extra quam nemo salvus esse possit. p. 187. 186. haec nos vestigia terrent.

§. XXIV. Neque omittendum, quod ipsius SPIRITUS S. mentionem hic facere audeant, dum animos, quos evacua-
re isti ab autoritate humana debebant ex officio, ad inflationem abducunt, noxiumque tumorem ac violentiam inspirant. *2. Theff. II, 2.* nequid dicamus gravius. Hierzu kömt das höchste Ansehen und Autorität aller allgemeinen concilien darinnen eine stattliche Anzahl von Bischöffen der ganzen Catholischen Kirchen/ so in dem Heil. Geist rechtmäßig versamlet / den Römischen Pabst jeder Zeit für den obersten Präsidenten und Haupt erkensnet mit Verbannung und Verdammung der Wiedrigen. haec scilicet est formula & stylus curiae clericalis, toties totiesque in C. T. resonans, in exordiis sessionum. ad inspirationem etiam *p. 139.* (12) S. Spiritus pronunciaffe jactat, *nullum divinum praecipuum* obli-
(158) gare ad Eucharistiam *sub utraque* sumendam. qui Enthusias-
mus, ut Lutherus vocat in articulis Smalcaldicis, nimis, proh dolor! frequens, nascitur tum ex spiritu honoris, ac praesumptionis, tum ex errore, ac si absoluto decreto Spiritus S. sese adstrinxerit tum ad characterem indelebilem in ordinatione acceptum, tum ad formas convocandi externas canonicas, ex quibus receptis illi τὸ *legitimum* (rechtmäßig) quasi juridice aestimant &c. sicut autem habet ecclesia *promissionem*, quod semper sit habitura Spiritum S: *ita habet comminationes*, quod sint futuri impii doctores & lupi &c. Apol, A. C. p. 148. sq.

p. 12. §. XXV. Quapropter tutissimum est, serio & in re ipsa attendere, quod perorarunt legati sedis Romanae Sess. 1. C. T. *nisi peccata bene cognita & perspecta fuerint frustra intrari in concilium, frustra invocari Spiritum S. &c.*

di.

dicit anonymus: es sey unmöglich/ wer es mit den alten Vätern hält/ daß derselbe den Catholischen ab- und den Kettern beyfallen könne: nos non minus asseverare possumus plane impossibile esse, ut mentem Patrum contra se pius quis præsumere, 1. Cor. III, 22 aut hoc titulo terreri debeat, qui consensum universalem Prophetarum & Apostolorum, ex applicatione verbi, intra se habet de gratia Dei. 1. Joh. II, 21. terreri multo minus possumus largissima laude catechismi Petri Canisii S. J. facile enim intelligimus, quid, ad quid, & propter quid commendet. Editio quidem, quæ commendatur, nondum nobis ad manus est, quantumvis non indiligenter quæsitæ. At ad manus est versio Gallica, Parisiis A. M. DC LXXXVI. in gratiam recens conversorum, vt vocant, edita, studio S. J. in qua quæstio omnium prima habet: qui doit-on appeller un *vray* Chretien? Resp. celui, qui etant baptisé, croit *tout ce, que la S. Eglise catholique croit & enseigne.* Ad manus etiam est editio Latina Colon. M DC L XXIV. & Duderstadii MDC XCIII. edita, in qua pariter, statim ab initio, quæritur: quis dicendus est Christianus atque Catholicus? Resp. qui baptismatis Sacramento initiatus, J. C. veri Dei atque hominis salutarem doctrinam *in ecclesia* profitetur, *neg, sectis vel opinionibus ullis ab E. C. alienis adhaeret.* qualia excerpta ex Patribus, quos velut in nostri terrorem laudat anonymus in opere Canisiano, præsumi queant, intelligat lector ex iis, quæ ad finem catechismi in exemplari Duderstadiense vernaculo, ex Fulgentii libro *de fide ad Petrum*, excerpta sunt, tanquam nobilissima, *Adeliche Sprüche.* 1. Halte es für gewiß/ und zweiffle in keinem Wege daran/ daß nicht allein die Heiden/ sondern auch die Juden/ Ketzer/ Abtrünnigen und Schismatische/ welche aufferhalb der Catholischen Kirchen das gegenwärtige Leben vollenden/ in das ewige Feuer gehen werden/ welches denen Teufeln und seinen Engeln bereit ist. 2. Halte auch für gewiß/ und sey ungezweifelt/ daß ein jeder Ketzer/ abtrünniger oder schismatischer/ wenn er auch umb Christi Nahmen willen sein

decret.
Gr. l. 5.
tit. 7. §. 3.

Blut vergöſſe/ jedoch in keine Wege köndte ſelig werden/ ſo fern
ne er nicht wiederum der Catholiſchen Kirchen zugezehlet/
und mit ihr vereiniget wird.

§. XXVI. Ad fundamentum *octavum*, quod eſt *a multitudine ſanctorum* in R. E. quarim9, quos an canonifatos? ſanctos intelligat per (anſehnliche) fatemur ſanctos tales nō eſſe in noſtra eccleſia. agnoſcimus vere ſanctorū τῶν ἐν κεντρῶ *laudem, non eſſe ex hominibus ſed ex Deo* Rom. II, 29. 1. Cor. IV. 9. probra, quæ fortiter admifcet anonymus in acerba ſua comparatione, probant, hic etiam carnem prævalere, & gloriam de carne. at nec approbaverint omnes ſub papatu. ſin intelligit ſanctos veteres, qui e. g. Rom. XVI. Phil. IV. 22. alibique commemorantur, argumentum fit alienum pro præſente ratione ſtatus, quæ dici vult Eccleſia. nihilque aliud probatur, quam fuiſſe *olim* ſanctos in R. E. quibus ſe ornare non poſſunt alii, qui ipſi non ſunt. eo vero tropo quo R. E. dicitur genuiſſe ſanctos hos, dici idem debet de aliis eccleſiis. Vita ex Papatu qua tali Chriſtiana eſſe non poteſt, plurimumque ubique nulla ſanctitas. Romanenſium enim ſcandala totum inundaffe orbem, multi ſub Papatu preſſi dolent, quibuſcum boni noſtrates voto vere juncti ſunt coram Deo; ſalva omni veritate. nec invidendum foret, ſi quacunq; occasione quis inter ipſos compellatur ad Deum Jac. III. 17.

§. XXVII. Quarimus porro, ſi fundamentum hoc, ſancto, non falſo animo, a Pontificiis urgetur, cur impugnent ipſi articulum 7. & 8. A. C. & Apol. *quod eccleſia proprie ſit congregatio SANCTORUM?* cur minus placeat pacifica noſtra & paracletica paraphraſis illa? *credo, in terris eſſe quandam SANCTORUM congregatiunculam ex MERE SANCTIS hominibus coactam, ſub uno capite Chriſto per Sp. S. convocatam, in una fide, eodem ſenſu & ſententia, multiplicibus dotibus exornatam, in amore tamen unanimem, & per omnia concordem, ſine ſectis & ſchimatibus &c.*

Catech. Maj. p. 499. Cur anathema pronunciet C. T. ſi quis dixerit eum, qui fidem ſine caritate habet, non eſſe Chriſtianum? quid proprie velint per anathema, ſi quis dixerit, *ſacerdotes qui in peccato mortali ſunt*

p. 73.

sunt, potestatem ligandi & solvendi non habere, per virtutem Sp.S. in ordinatione collatam, tanquam Christi ministros? cur missam (quæ ipsis est omnium sanctissimus cultus, verum & proprium sacrificium, idque propitiatorium, in quo sacerdotes Christum Deo offerant, & cruentum illud sacrificium crucis applicent pro vivis & defunctis) cur, inquit, missam negent *inquinari ulla in dignitate aut malitia offerentium?*

p. 120. 134.

p. 147.

infra §.

inquirat quis in veras rationes, cur ob dictum de nova vita, ceu optima pœnitentia, nos *novatores* appellitent, ac anathemate feriant?

xxx. in fine.

expendatur, cur in favorem doctrinæ scholasticæ de *at- tritione*, nolint deprimi pretium timoris servilis, ex hac ratione, quia sit tamen *Spiritus S.* impulsus; ipsum vero *internum Spiritus S. inhabitantis testimonium* [sess. de justif.] in ambiguo relinquunt, idque in odium doctrinæ evangelicæ de ordinata certitudine statûs gratiæ. quid? quod Andradius, qui sedente C. T. scripsit, non paucis ludibriis exposuit sanctissimam curam de *interno testimonio Spiritus S.* tanquam ideas Platonicas &c.

p. 126. 134.

73. can. 28.

p. 113.

quam profane maximi inter ipsos Casistæ scripserint de *licentiis moralibus*, testantur publicæ censuræ, ut habeant certe, quod domi agant.

de *statuto Synodi*, nequis deinceps clericus secularis, *quamvis alias sit idoneus moribus, scientia & ætate*, ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, unde *commode* vivere possit; admonita sunt non pauca ab ipso cive R. E. in præfatione ad libellum paulo rariorem, *traité des restitutions des grands* M DC LXV. p. 17. sq. 25. 33, sq. 42.

p. 165.

§. XXIX Fundamento *nono* nimis panegyricæ & pompaliter differitur de *incomparabili numero civium* R. E. adeoq; & de nomine *catolicæ* * ecclesiæ. affertur quidem ex Scripturis prophetia de amplitudine regni Christi *per totum terrarum orbem*: sed applicatio sancta deest. Non desinit Christus (sub ipso mysterio crucis, cum qua cruce nullam habent conformitatem talia fundamenta) complere hoc vaticinium, spiritu ipse

* C. T. p. 30.

75.

ipſius dominante in medio inimicorum, eſſi revelatum nondum eſt regnum Chriſti, ut in *L. de Eccleſia* notanter loquitur Apol. A.C. p.147. *Nondum Chriſtianos ſuos omnes coegit, ſed Sp. S. citra intermiſſionem, nobis ſanctificandis, opus ſuum perficit, uſque in extremum diem.* c. l. p. 502. 499.

abſit, ut velimus externi jaſtantiam ſtatus florentiſſimi, omnibus atq; ſingulis tribuere, qui inter Pontificios nati ſunt & educati: non tamen ægre ferre poſſunt mitem adeo cenſuram ejuſmodi dictorum *de multitudine*; quam illi etiam au- gent, qui inter nos alioſque nati, ſimilia cum mundo amanti axiomata, indiſcrete patrocini- um quærentes in multitudine. eccleſiæ enim corpus, non ſit unum permixtum quadam cor- porum confuſione, neque ſingulis in indiſcretum acervum, & informem cumulum unitis. Imo *nec nos propterea dicimus,* „(Auguſtinus ſcribit) *nobis credere oportere, quod in eccleſia,* „Chriſti ſimus, *quia ipſam, quam tenemus, commendavit Mi-* „levitanus Optatus, vel Mediolanenſis Ambroſius, vel alii „*innumerabiles noſtræ communionis Epicoſopi, aut quia no-* „ſtrorum collegarum conciliis ipſa deprædicata eſt, aut *quia* „*per totum terrarum orbem &c.* quid ergo mirum, Nazianze- „num Theologum jam ante illa tempora exclamaſſe: *ubi ſunt,* „*qui eccleſiam multitudine definiunt,* ac parvum gregem aſper- „nantur, paupertatem nobis exprobrantes!

§. XXIX. Ipſe viderit anonymus, quo pacto velit excuſare ultima verba de R. E. *Inmaſſen ſie auch die Sache / den Kern / und das Marck dieſes Rahmens (Catholiſch) nach Anzeige der H. Schrift / und einhelligen Verſtand der Vätern / in vollmächtigen poſſeſſi beſiſt und ſehen läſſet.* nos affirmare poſſumus, *rem, nucleum & medullam* boni ſenſus, qui ſit forſan in nomine *catholica* eccleſiæ, dominantibus clericis omnium minime convenire. ratio hæc eſt, quia nullæ hypotheſes, præ- ter clericales, magis impediunt fulgorem ſanctum *universalis eccleſiæ & catholica* mentium unionis *per totum orbem terrarum.* Pax non eſt, eccleſia non eſt, fides orthodoxa non eſt, niſi jure- tur

Ezech. XIV,

3.
Hilar. in

Pſ. 121.

De unit.

Eccl. c. 16.

orat. ad

Arr. in

princ.-

Pſ. 73. 10. 11.

U.

3. Job. v. 9.

Luc. XI, 52.

Pacianus

ep. 3.

tur in ipsorum formulas. Vos totum orbem paucorum vinculis alligastis, vos totam Ecclesiam exiguae portiois infirmitate condemnastis, ubi vultis, ibi sit Ecclesia, & non sit, ubi non vultis. - quid contra Salvatoris merita militatis? Permittite Filium possidere concessas, permittite Patri promissa complere, cur ponitis metas? cur figitis limites? Optatus lib. cum a Deo Patre Salvatore tota terra promissa sit, non est quicquam 2. c. Parm. in aliqua parte terrarum, quod a possessione ejus videatur exceptum & c. F. C. 204. 232. 297. 247. 353. sq. 826. at quid multis neque nosser, neque illorum status talis adhuc est, ut veritas praesumi queat de multitudine.

§. XXX. Concordia & uniformitas sub R. capite, quam decimum voluit esse fundamentum, partim est coacta, falsa & servilis, five metu suppliciorum, five spe carnali beneficiorum: partim externa, superstitiosa, & ceremonialis, ac aptata humanis affectionibus. tantam certe mere spiritualis communio-
Apoc. XIII, 4. 8. 17.
 nis curam, quantam gloriam externae, verba anonymi non spirant. constat nunc orbi terrarum, per tot seculorum experientiam, quod conformitatis & concordiae genus ipsi intel-
Jer. V. 31.
v. Job. IV. 5.
C. T. p. 100.
sq. 144.
 ligant, politicum scilicet, cum ad unitatem illam priscam hortantur sub ipsius Christi nomine. at si nihil aliud quaerent, quam conformitatem cum Christo capite ejusque verbo ac spiritu; cur superiori seculo tot summis Principibus, tot populis, tam enixe volentibus signum edi refarciendae unitatis, signum candoris edere recusarunt? etiam cum de conditionibus, quibus usus S. calicis concedi posse videretur, aliqui agerent, quem non rigorem in iis reperias? neque tamen praesides concilii rem ventilari patiebantur in concilio, sed post multas elusiones res rejecta fuit ad R.P. prima conditio fuerat: sub utraque specie communicare volentes, in reliquis omnibus, quoad fidem, doctrinam, ritumque conveniant cum iis omnibus, quae a R. E. sunt recepta, nec non decreta omnia hujus synodi, tam promulgata, quam promulganda, religiose admittant & observent. secunda: ut Pastores credant & doceant, consuetudinem receptam laudabiliter, & tanquam legem observandam,

D

dam,

dam, nisi ab ecclesia aliter statuatur, quodque aliter pertinaciter sentientes, hæretici sint censendi: nec alii dent *communio-*
nem sub utraque, nisi qui crediderint hoc & confessi fuerint &c. &c. certis in univ^{er}sum constat documentis, qua ratione ac via in consensu Tridentino suffragia collecta fuerint, alterque alteri sese conformaverit, ut *de uno omnium Patrum consensu* postea orbi terrarum persuaserint. alia ergo mere humana sunt, quæ compagem Romanam adhuc continent, quæ suo tempore omnibus revelabuntur. intestinas discordias acerbè passim objicit nobis anonymus, domesticas suas easque momenti haud exigui plane dissimulans. nam de nondum definita inter ipsos, nec definienda unquam quæstione illa capitali *de supremo judice controversiarum*, Papa an concilio? deque multis aliis rebus subinde recrudescentibus, quid tandem futurum sit, remoto velo dies docebit.

ib. p. 145.

157. sq.

Hopfn. Sa-

xon. Ev. p.

46. sq. 228.

232.

qui pii sunt inter nos, solantur se illo typo crucis Joh. VI. 66. 67. Luc. XII. 49-52. sq. Matth. X. 21. detestantur discordias, quæ omnes sunt proprie e fermento Pontificio, [per §. 29] & quarunt hi, imo habent *catholicam* & sinceram illam concordiam, quæ fructus est spiritus, qua tranquillare possunt conscientias. I. Joh. III. 19. I. Cor. XIII, 6. non suspectæ studium commoditatis, opusque mere externum falsæ ac lubricæ prudentiæ. veniat hora, qua magis in conspectu sit omnium vis unita spiritualis vere credentium! veniat dies, qua removeatur paries intergerinus!

apol. A. C.

173. sq.

C. T. p. 71.

74.

* p. 135.

interea temporis sufficit piis ad pacem cordis, *consensus* prophetarum, qui profecto judicandus est *universalis ecclesie consensus* esse [adeoque supplere reliquos defectus, si qui vel sunt vel putantur] nostris vero adversariis concordia hæc minime sufficit, ne quidem ad ullam pacem ecclesiasticam. feriunt enim durum anathema, si quis dixerit, hominem *quantumlibet perfectum* non temeri ad observantiam mandatorum *ecclesie*. idque sub ratione * *cultus Dei*. adeo rem omnem isti exasperant, mandataque sua, qualia qualia sint, imponunt

con-

conscientiis, etiam eorum, qui jam pervenerunt ad solidior-
rem statum veritatis. 1. Tim. IV, 3! adeo hic nulla ab istis at-
tenditur *perfectio*, quam aliqui præ aliis æstimare videri vo-
lunt! faciles in divinis, difficillimi in humanis.

p. 163.

§. XXXI. Corruit tandem his detectis fundamentum II.
& 12. sive prætextus piæ *humilitatis ac obedientiæ*. nam non
potest ex his principiis purior esse conclusio, quam sunt ipsa
præmissa principia. qualis enim sit illa submissio, ex formula
publica intelligi potest. Quem eundem in finem, nos tot
exempla e C. T. transcripsimus, ne quis de falsis imputatio-
nibus suspicari jure queat. testimonium nobis præbet con-
scientia nostra in S. Spiritu, totos nos favere vere piæ humili-
tati ac obsequendi studio: sed talia hæc sunt, quæ nos compel-
lunt ad illud masculum Petri & Johannis: *si justum est in con-
spectu Dei, vos POTIUS audire, quam Deum, judicate.* Act. IV. 19.
Obedire oportet Deo *magis*, quam hominibus. V, 29. Scriptu-
ra non laudat aliam humilitatem ac obedientiam, quam quæ
ordinata & recte purgata prius est sub prima tabula, & ex pri-
ma ad secundæ tabulæ officia transit. 1. Petr. I. 22. Rom. XVI. 19.
II. 8. Gal. III. 1. V. 8. I, 8. sq. 1. Cor. VII, 23. 2. Cor. XIII. 8. Apostoli
scientes timorem Domini, cum persuadere studerent hominibus,
in *conscientiis* audientium manifesti esse volebant, commen-
dantes semetipsos mera manifestatione veritatis ad omnem
conscientiam hominum coram Deo 2. Cor. V, II. I. 24. IV. 2.
nec pro *privato* ausu habebant, si quis audita conferret ad di-
vinam regulam. Absit, sic ipsimet in colloquio Thorunien-
si, ut *negemus*, dari PRIVATIM *unicuique, fideli eam Sp. S. gra-
tiam.* - *nisi daretur, impossibile foret, Scripturas & Scripturis crede-
re, sicut oportet, QUANTUMCUNQUE TESTARETUR ECCLESIA.*
vere autem dixit B. Lutherus: esse hoc primum, & fore quo-
que ultimum argumentum contra pios: num tu solus sapi-
at non separabit me censura ecclesiæ ab ecclesia, si jungat me
veritas ecclesiæ.

p. 140. sq.

supra §. V.

C. T. p. 185-

187. 163. 23.

Laet. lib. 2.

de orig. err.

c. 7.

T. 1. Jen. L.

f. 56. b.

Atque sic existimamus ostensum, quantopere a divinis

D 2

cha-

characteribus causæ simplicis ac puræ veritatis, persuasiones ejusmodi abeant. quibus tamen similibusque, quotidianis præjudiciis, omnino exuendis pervincendisque, inter tot ubique prævalentia scandala, nemo, nisi per divinas vires, abnegando mundum in fide ac obsequio J.C. crucifixi, suffecerit. nam mundus, qui in suis rebus eodem utitur palladio, quo statista ecclesiastici, spiritum veritatis non potest recipere Joh.XIV, 17. Plura, quæ nobis ipsis & omnibus, hoc præsertim tempore, cordi habenda sunt, reperias in venerandi Speneri libello, nuper cum præfatione recuso: *Christliche Aufmunterung zur beständigkeit bey der reinen Lehre des Evangelii.*

Es. LIX. 12. Domine, justus es, & justissima sunt tua judicia: nam peccata nostra respondent contra nos. & juste punimur ingrati, per quod peccavimus. nec dum agnoscimus manum
Hof. V. 4. tuam, & nausea facti sumus omnibus populis. odio nobis
Jer. V. 4. 5. sunt, qui admonent, & nitimur usque huc in contrarium: hu-
XVIII. 18. mana sunt, quæ rerum potiuntur. circumspicimus, & vix est
Ezeck. V. 6. qui attendat: quis est, qui se ipsum judicet? Tu, Domine, solus nosti, quis agnoscat venientia tua judicia & imploret misericordiam. miserere nostri!!

Amen!!



SLUB DRESDEN



3 1400449

